



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ioannis Bugenhagenii Pomerani Annotationes ab ipso iam
emissæ. In Deuteronomium**

Bugenhagen, Johannes

Basileae

VD16 B 9247

Capvt V.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36133

net, sed hypocrisis est, non enim ita sentiunt, sed sua
quarūt. Cui oportebat.] .s. iudicio mūdi & carnis.

Innoxiiū.] Nihil male merentē, sed bene meritū de
suis occisoribus. Impij.] Id est nihil deum ueriti.

In domo sua, super lectū suū, ubi omnia tuta putā
tur, & nihil timetur, ne ab aduersarijs quidē. Signifi
cat eos neq; deū neq; homines ueritos, & qcquid usq;
est pietatis & fidelitatis contempisse. Durius ergo in
eos animaduertit, ne sāguinis istius sit reus corā deo,
quia iudex erat constitutus, & isti sua confessione ue
niunt in manus eius, & ne quisquā aliūs simili scelere
tentaret consequi gratiā regis. Laudātur & in ethni
cis historys reges, qui similia fecerunt, sed non simili
fide. Exemplū certe est regibus & magistratibus imi
tandum, ut potius sese tutos cum suo regno uelint dei
protectione, quā istis sceleratis factis, quæ etiā mun
dus execratur.

CAPVT V.

Am David scd'm uerbū domini regnat su
per Israëlem, nō solū à deo, sed etiam ab
ipso populo electus, id qd' deus curauit,
ad quē dicitur in psal. Qui subdit ppl'm
meū sub me. Et alibi, Da nobis auxiliū de tribulatio
ne, qa uana salus ab homine. In deo faciemus uirtutē,
& ipse ad nihilū deducet tribulantes nos. Sedē ergo
sibi occupat in Hierusalē in arce Sion, expulso inde

Iebusæo, ædificat domū, benedicitur fructu uteri & semine regio, & resistentes Philistæos ut lutū conculcat. Atque ita tandem uidere regem licet, qui hactenus tantis actus fuerat malis quasi à deo abiectus, ita differt quidem deus ueritatem suam, ut probet fidem nostram, sed in tempore ipsi placito non à nobis præscripto præstat &c. Ecce. &c.) Tria dicunt. Primum, quid recusaremus esse tui, cū frater noster sis & uir optimus, in quo nihil iniusti reperimus. Deinde, quod in prælijs nostris tu fueris sæpe nostra per deum salus. Præterea, quod maximū est, quod tu habes de regno super nos dei promissionem. Hinc uidere licet quàm uulgata tunc fuerit promissio facta Dauidi, & tamen hominū cupiditates hactenus obstiterant, secundum dei occultum iudiciū, ne regnaret Dauid super omnes, ut Dauidis fides exerceretur, & quidam sua cæcitate & cupiditate perirent. Quemadmodū hodie, quis nō audit? quis non etiam inimicorum nostrorum fatetur Christum solum debere regnare? & tamen quisq; pro suis infeliciter pugnat cupiditatibus, ne Christus regnet &c. Pasces.] Pulchra metaphora, ex qua principes saltem agnoscat, quid debeant populo suo, quæ apertius exprimitur in psal. Et elegit Dauid seruū suū, & sustulit eū de gregibus ouium, de post foetantes accepit eū. Pascere Iacob seruum suū, & Israël hereditatē suā. Et pauit eos in ma

nocentia cordis sui &c. & in intelligentia manuum
suarū deduxit eos. — Corā do.] Nō solum hoc est in
conspectu domini, quasi inuocato domino teste cor-
dium, ut alibi diximus, sed etiā quod ibi externus deū
cultus fuerit, & quicquid corā illis externis fiebat, co-
ram domino fieri dicebatur, ut certe fiebat, id qd' sæ-
pe uides in libris Moysi. Locū illic sacrum fuisse testa-
tur sacrificiū illud impiū Absalonis, infra cap. 15. ubi
& olim Abraham legitur altare domino edificasse,
Gen. 13. Filius.] Regnum Dauidis nō est subditum
ut Saulis, sed per incrementa latenter serpit ad æter-
nam maiestatem. Atq; hoc est regnū Christi, nō solū
in Christi persona, sed etiā & potius in eius Euan-
gelio & singulis uere Christianis. Et abiit.] Iudi-
cum. 1. legis ciuitatem Hierusalem expugnatā à filijs
Iuda, sed nō omnes Iebusæos inde exterminatos à fi-
lijs Benjamin, sed unā illic habitasse usq; ad hæc Da-
uidis tpa. Hic uides reliquis fortiores illic fuisse Iebus-
æos, quia arcē Sion habebant munitissimā. Vnde &
contemnunt Dauī dē, ponentes super fistulas tectoriē
idola sua, dicentes. Vel nobis quiescentibus ista satis
erunt contra te Dauid, ne ingredearis ad nos. Ita se-
curi sunt & blasphemant, ubi deī iudicio eis percun-
dum est. Nō ingredieris, Heb. Nō ingredie-
ris huc, sed abigent te cæci & claudi. Putabant uero
Dauidem eō nō ingressurū, Cœpit autē Dauid arcem

Sion, quæ est ciuitas Dauid. Et in eadē die dixit Dauid, Qui percusserit Iebusæos, & peruenerit ad fistulas tectorū, ad cæcos & claudos, quos odio habet anima Dauidis (Aposiopesis est) Inde dicitur, Cæcus & claudus non intrent in domū, id est, Caue ne admittas illud, ne confidas eo quod tibi sit exitio, ut idola Iebusæis. Gentes iam habitantes in medio Iudæorum, cogebantur sæpe audire contra sua idola istas uoces, Dij uestri sunt idola cæca & clauda, stultum est confidere illis, quæ se iuuare nō possunt. Sic enim tunc & inter se loquebantur Israëlitæ, & docebantur, Simulachrū gentium argentū & aurū. & c. psal. 113. & Esa. 44. & 46. & c. Vnde hic irridentes Iebusæi, dicunt, Vanum est quod tentas ô Dauid, quos uos cæcos & claudos dicitis, satis erūt cōtra insultus uestros. Ciuitatem Dauid. Quia hic iam constituit sedem regni, Bethleem autem uocatur ciuitas Dauid, Lucæ. 2. quia illic natus erat.

Mello ciuitas est, quam Salomon reparauit. 3. Regum. 9. Ingrediebatur. Id est ambulabat, quod more scripturæ positum est pro agebat. Hic est profectus regni Christi, quia deus est cum eo. Aduersarios agit spiritus nequam, ut Saulem. & c.

Mysterium scripturæ. Secundum natiuitatem, Dauidis ciuitas est Bethleem, quemadmodū & Christi. Verum, nos non natiuitatem uel Dauidis, uel

Christi respicimus, sed regnū. Ille enim paruulus non solum natus est, sed etiam nobis natus est. Quare nobis? Vt, inquit, sedeat super solium Dauidis, & super regnum eius, & confirmet illud iudicio & iusticia amodo in sempiternū. Hinc & regnū Christi ex Hierusalem illa terrena prodijt in uniuersum mundum, quemadmodum idem Esaias dicit, De Sion exhibit lex & uerbum domini de Hierusalem & c. Tunc dilatata est Hierusalem & Sion ciuitas sancta regni Dauid per mundum uniuersum in gentes & Iudæos, & ex terrena facta est cœlestis, sicut ex terreno regno Dauidis regnum cœlorum, siue ecclesia sanctorū. De qua Hierusalem & Sion omnes propheta loquuntur, qui (ne impijs Iudæis detur male interpretandi occasio) dicunt eam æternam fore, ut Esaiæ. 33. Oculi tui uidebunt Hierusalem. Item ad eam uenturam nationem omnium gentium, & illustrem fore nocte & die sine huius solis & lunæ uisibilis lumine, Esa. 60. & c. Sed quid est, quod à tempore Iudicum possident eam uirtute dei filij Israël, sed tamen arcem Sion munitissimam Iebusæi in suis idolis gloriantes, & Dauidem cum suis contemnenies? Respondeo. Vt istud semper fuit, ita & nunc est in ecclesia fidelium, Qui confidunt in suis idolis, id est iusticijs humanis, irident & contemnunt alios, iusticiam humanam damnantes, & se uel solos ad Sion, id est ecclesiam,

pertinere arbitrantur, cæteris quasi hæreticis exclusis ut putant. Interim tamen Sion pertinet coram deo ad illos qui nihil ex ea habere uidentur, non ad illos qui regnare uidentur. Hos Dauid. i. Christus cõficiet spiritu oris sui. i. Euāgelio prædicato, & abolebit regnum eorum illustratione aduentus sui, tunc uidebunt quid profint idola. In ore ergo omnium nostrum sit adagium, Non intrent in domum cæci & claudi. i. caue fiducia alienam quæ nihil prodest, sed tui potius concussio est accedente gladio. i. iudicio Dauidis.

Misit. Quod domum sibi edificat, confirmatum eum in regno indicatur. *Mysterium.*] Ad Dauidis domum res & artifices ex gentibus mittuntur, ut & postea legis de templo Salomonis, id quod est opus & ministerium Euangelij in gentibus, quo Christi ecclesia construitur.


Accepit. Hoc quoque & ad quietem & ad multiplicationem regni pertinet. Contra de Saule supra scriptum legimus, quod eius posteritas interierit, quin & cap. sequenti, ne Michol quidem filia Saulis, quæ uxor Dauidis, filios habet. Duorum uero hic filiorum nomina præ cæteris sunt insigniora, Salomonis, per quem regnum uenit ad posteros, cuius linea deficiente reliqui principes ex Nathan præfuerunt populo, ex cuius linea Christus dominus est, ut uides in Luca. Ridiculum autem est, quod Nathan prophetam, de quo

quo infra uidebis, putant quidam à Luca nominari, & quod is fuerit Dauidis filius per adoptionem, cū scriptura manifeste dicat Christum ex Dauidis semine natum secundum carnem. &c.

Audierunt. Hoc est quod supra diximus Dauidis regnū esse regnū militiæ, quē admodū ad Christum dictum est, Dominare in medio inimicorū tuorū donec ponā &c. Huc pertinet quod dominus suo uerbo iubet pugnare Dauidem, & instruit eum ad prælium contra aduersarios, quemadmodū in psal. dicitur, Qui docet manus meas ad præliū &c. & ad nos Christus, Cum steteritis ante reges &c. Ego dabo uobis os & sapientiā &c. Nolite timere, ego uici mundum &c. Regnat Christus cū suis etiam inuitis omnibus, qui regno eius, id est Euangelio male uolūt.

Baalphrasim. Id est uiri diuisio, quod illic scissi & occisi sunt Philistæi, Esaiæ. 28. Iste locus uocatur mons diuisionum.

CAPVT VI.

 Hoc ad pietatem regni Dauidici pertinet, quod requiritur arca sub Saule neglecta, quæ hactenus fuerat in domo Aminadab, postquæ reducta erat à Philistæis. Ista arca maximum sacrum erat Iudæis, & ipsum sanctū sanctorum, quo Christus & ecclesia, in qua spiritus dei presidet, significabantur. Nam arca ecclesia est, in